In diebus illis: Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus: et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. ℟. Deo gratias.

Graduale. Locus iste a Deo factus est, inaestimabile sacramentum, irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat Angelorum chorus, exaudi preces servorum tuorum.
Alleluja, alleluja. ℣. *Ps. 137, 2.* Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo. Alleluja.

Sacerdos, inclinatus in medio, dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Jube, Domine, benedicere.
Dominus sit in corde meo, et in labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde conversus ad librum dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sequentia ✠ sancti Evangelii secundum Lucam.
℟. Gloria tibi, Domine. *Luc. 19, 1–10*

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives: et quaerebat videre Jesum, quis esset: et non poterat prae

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. Prayer

O God, who year by year dost re-enact for us the dedication day of this holy temple and ever bring us safe to share its sacred mysteries, hear the prayers of thy people and grant that whoever enters this temple to seek thy gifts may rejoice in receiving all that he asks: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Reading from the Apocalypse of blessed John the Apostle. *Apoc. 21, 2–5*

In those days: I saw the Holy City, the new Jerusalem, coming down from God out of heaven, perfect as a bride adorned for her husband. Then I heard a loud voice proclaiming from the throne: This is where God will dwell among men! He will dwell with them and they will be his people. God himself will be with them, and will wipe away every tear from their eyes. Death will be no more; mourning and weeping and sorrow will cease; for the old order is over and gone. Then he who sits enthroned said: See, I am making all things new. ℟. Thanks be to God.

Gradual. God hath made this place, which nothing can profane, an incalculable means of grace. ℣. O God, before whom stand the choir of angels, hear the prayers of thy servants.
Alleluia, alleluia. ℣. *Ps. 137, 2.* I will bow down in worship towards thy holy temple, and will praise thy name. Alleluia.

The priest, bowing in the middle of the altar, says:

Cleanse my heart and my lips, almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a glowing coal: in thy gracious mercy be pleased so to cleanse me, that I may worthily proclaim thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.
Pray, Lord, a blessing.
May the Lord be in my heart and on my lips that I may announce his Gospel worthily and well. Amen.

Turning to the book, he says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. A passage from ✠ the holy Gospel according to Luke.
℟. Glory to thee, O Lord. *Luke 19, 1–10*

At that time: Jesus came to Jericho and was passing through. A man named Zacchaeus, who was one of the chief tax-collectors and very rich, wanted to know what Jesus looked

turba, quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum; quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachaee, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit Abrahae. Venit enim Filius hominis quaerere, et salvum facere, quod perierat. ℟. Laus tibi, Christe.

Sacerdos osculatur Evangelium, dicens:

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. *(Hic genuflectitur)* Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, et mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Deinde osculatur Altare et dicit:

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Oremus.

Offertorium. *1 Par. 29, 17, 18.* Domine Deus, in simplicitate cordis mei laetus obtuli universa; et populum tuum, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israel, custodi hanc voluntatem.

Sacerdos accipit Patenam cum Hostia, quam offerens dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabilibus peccatis, et

like, but could not see him for the crowd, as he was too short in build. So he hastened ahead and climbed a sycamore tree to see him, because he knew he would pass that way. When Jesus came to the place, he looked up and said to him: Zacchaeus, come down quickly! I must stay in your house today. So he came down at once, and gladly made him welcome. All those who were looking on were disgruntled and said: He has gone to lodge with a sinner. But Zacchaeus stood there and said to the Lord: I wish to say this, Lord: I mean to give half my property to the poor, and if I have defrauded anyone, I will repay him four times over. Jesus said to him: Today salvation has come to this house, for this man too has proved himself a son of Abraham. The Son of Man has come to seek and save what was lost. ℟. Praise to thee, O Christ.

The priest kisses the Gospel, saying:

Through the words of the Gospel may our sins be forgiven.

I believe in one God, the almighty Father, maker of heaven and earth, and of all things visible and invisible. I believe in one Lord Jesus Christ, only-begotten Son of God, born of the Father before all ages; God from God, light from light, true God from true God, begotten not made, one in substance with the Father: through whom all things were made. For us men and for our salvation, he came down from heaven, *(here all kneel)* took flesh by the Holy Spirit from the Virgin Mary, and was made man. He was also crucified for us, suffered under Pontius Pilate and was buried. On the third day he rose again, according to the Scriptures. He ascended into heaven, and sits at the right hand of the Father. He will come again in glory to judge the living and the dead; and his reign will have no end. I believe also in the Holy Spirit, Lord and giver of life, who proceeds from the Father and the Son; who together with the Father and the Son is adored and glorified; who spoke through the Prophets. And I believe in one, holy, catholic and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I look for the resurrection of the dead, and the life of the world that is to come. Amen.

He kisses the altar and says:

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Let us pray.

Offertory. *1 Par. 29, 17, 18.* Lord God, in the simplicity of my heart I have joyfully offered all these things and I have seen with great joy thy people who are here present. God of Israel, keep their hearts thus for ever.

The priest takes the paten with the Host, which he offers, saying:

Holy Father, almighty eternal God, receive the sacrifice of this perfect offering, which I thy unworthy servant make to thee, my living and true God, for my sins and offences

offensionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem, in vitam aeternam. Amen.

Aquam benedicit signo Crucis, dicens:

Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Accipit Calicem et offert, dicens:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinae majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Veni, sanctificator omnipotens aeterne Deus *(benedicit oblata, prosequendo)* et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini praeparatum.

Sacerdos lavat manus, dicens: *Ps. 25, 6–12*

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.
Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.
Domine, dilexi decorem domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.
Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Aliquantulum inclinatus, junctis manibus, dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatae Mariae semper

and negligences without number, and for all who are present here as well as for all the Christian faithful living and dead: that it may prosper their salvation and mine unto life everlasting. Amen.

He blesses the water with the sign of the Cross and says:

O God, who in a wonderful manner hast formed the noble nature of man and even more wonderfully re-formed it, grant that by the mystery of this water and wine, we may have fellowship in his Godhead, who deigned to share our manhood, Jesus Christ thy Son our Lord, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. Amen.

He takes the Chalice and offers it, saying:

We offer thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching thy gentle mercy, that for our own and the whole world's salvation it may ascend with a sweet fragrance in the sight of thy divine majesty. Amen.

Bowing slightly, he says:

With humble soul and repentant heart may we be received by thee, Lord; and may our sacrifice be so offered in thy sight this day that it may please thee, Lord God.

Come, Sanctifier, almighty eternal God, *(he blesses the offerings and continues)* and ✠ bless this sacrifice, prepared for thy holy name.

Whilst washing his hands, the priest says: *Ps. 25, 6–12*

I will wash my hands among the innocent and gather with them at thy altar, Lord;
To hear the song of praise and tell of all thy wonderful works.
Lord, I have loved the beauty of thy house and the place where thy glory dwells.
Let not my soul, O God, be lost among the wicked nor my life with men of blood.
Their hands are steeped in evil; their right hands full of bribes.
For myself, I walk in innocence; redeem me and be merciful to me.
My feet are set in the straight path: where men gather, Lord, I will bless thee.
Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.
As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

Bowing slightly and joining his hands, he says:

Receive, O holy Trinity, this offering which we make to thee in memory of the passion, resurrection and ascension of Jesus Christ our Lord, and in honour of the blessed Mary

Virginis, et beati Joannis Baptistae et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea versus ad populum, voce paulului elevata, dicit:

Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.
℟. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae. *Sacerdos dicit:* Amen.

Secreta

Annue, quaesumus, Domine, precibus nostris: ut, dum haec vota praesentia reddimus, ad aeterna praemia, te adjuvante, pervenire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, *(clara voce dicit)* per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum.
C. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Praefatio de Sanctissima Trinitate

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus: Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

Jungit manus, et inclinatus dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

ever Virgin, of blessed John the Baptist, of the holy Apostles Peter and Paul, of those whose relics are here and of all the Saints; that it may bring honour to them and salvation to us; and may they, whose memory we keep on earth, be pleased to intercede for us in heaven: through the same Christ our Lord. Amen.

He turns to the people, and says in a louder tone:

Pray, brethren, that my sacrifice and yours may find acceptance with God the Father almighty.
℟. May the Lord receive the sacrifice from your hands for the praise and glory of his name, for our welfare also, and that of all his holy Church. *The priest says:* Amen.

Secret

We beseech thee, O Lord, grant our prayers: so that as we now set these gifts before thee, we may deserve with thy help to attain the rewards of eternal life: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, *(in a clear voice)* for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Raise your hearts. ℟. They are raised to the Lord.
C. Let us give thanks to the Lord our God.
℟. It is just and right.

Preface of the Holy Trinity

It is truly just and right, fitting and for our good, always and everywhere to give thanks to thee, Lord, holy Father, almighty eternal God; who with thine only-begotten Son and the Holy Spirit art one God, one Lord, not in the singleness of one person, but in the one substance of the Trinity. For whatever through thy revelation we believe concerning thy glory, that also we hold both of the Son and of the Holy Spirit, without distinction or difference; so that in confessing the true and everlasting Godhead, we adore each several person, and at the same time their one substance and their equal majesty; which the Angels praise and the Archangels, the Cherubim too and Seraphim, who never cease to cry out every day, saying with one voice:

Joining his hands, he bows and says:

Holy, Holy, Holy Lord God of Hosts. Heaven and earth are full of thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest.

Sacerdos prosequitur Missam:

Communio. *Matth. 21, 13.* Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis, qui petit, accipit: et qui quaerit, invenit, et pulsanti aperietur.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio

Deus, qui de vivis et electis lapidibus aeternum majestati tuae praeparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti; ut, quod Ecclesiae tuae corporalibus proficit spatiis, spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Ite, missa est. ℟. Deo gratias.

Sacerdos inclinat se, et dicit secrete:

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Versus ad populum, benedicens, prosequitur:
C. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Sacerdos in cornu Evangelii, dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. ✠ Initium sancti Evangelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 1, 1–14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo

The priest continues the Mass:

Communion. *Matth. 21, 13.* My house shall be called a house of prayer, saith the Lord. In that house it is he who asks that receives, and he who seeks that finds; and to him who knocks the door will be opened.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. Postcommunion

O God, who from chosen and living stones dost build for thy majesty an eternal dwelling, assist thy suppliant people, so that thy Church's material growth may be matched by its spiritual increase: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Go, the Mass is ended. ℟. Thanks be to God.

The priest bows, and prays silently, saying:

May the homage of my service, O holy Trinity, be pleasing to thee; and grant that the sacrifice, which I, though unworthy, have offered in the sight of thy majesty, may be acceptable to thee, and through thy mercy bring forgiveness to me and all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

Turning to the people, he says in blessing:
C. May Almighty God, Father, and Son, ✠ and Holy Spirit, bless you. ℟. Amen.

The priest goes to the Gospel corner, and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. ✠ The beginning of the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 1, 1–14

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. He was in the beginning with God. All things were made through him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and life was the light of men, and the light shines in the darkness, and the darkness did not comprehend it. A man came, sent from God, whose name was John. He came as a witness, to give testimony to the light, that all might believe through him. He was not the light, but was to give testimony to the light. The Word was the true Light, which en-

erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Genuflectit dicens)* Et Verbum caro factum est, *(et surgens prosequitur)* et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

℟. Deo gratias.

lightens every man who comes into the world. He was in the world, and the world was made through him, and the world did not recognise him. He came to his own, and his own did not receive him; but to all who did receive him, and who believe in his name, to these he gave power to become children of God, born not of blood, nor by the will of flesh, nor by the will of man, but of God. *(He genuflects, saying)* And the Word became flesh, *(and rising continues)* and dwelt among us; and we saw his glory, the glory of the only-begotten of the Father, full of grace and truth.

℟. Thanks be to God.

MISSA PRO SPONSO ET SPONSA

Introitus *Tobias 7, 15; 8, 19*

Deus Israel conjungat vos: et ipse sit vobiscum, qui misertus est duobus unicis: et nunc, Domine, fac eos plenius benedicere te. (*Tempore Paschali:* Alleluja, alleluja.) *Ps. 127, 1.* Beati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus. ℣. Gloria Patri. Deus Israel.

C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Christe, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison.

Postea in medio Altaris dicit:

Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. **Oratio**

Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus: ut, quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 5, 22–33*

Fratres: Mulieres viris suis subditae sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiae: Ipse, salvator corporis ejus. Sed, sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro

NUPTIAL MASS

Introit *Tobias 7, 15; 8, 19*

May the God of Israel join you together; and may he who took pity on two only children be with you: and now, Lord, give them cause to bless thee still more. (*Paschal Time:* Alleluia, alleluia.) *Ps. 127, 1.* Blessed are all who fear the Lord: who walk in his ways. ℣. Glory be to the Father. May the God of Israel.

C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Christ, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy.

Then in the middle of the altar he says:

Glory to God in the heavens, and on earth peace to men of goodwill. We praise thee, we bless thee, we adore thee, we glorify thee, we give thanks to thee for thy great glory, Lord God, heavenly King, God the Father almighty. Lord Jesus Christ the only-begotten Son, Lord God, Son of the Father, Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us; who takest away the sins of the world, receive our prayers; who sittest at the Father's right hand, have mercy on us. For thou alone art holy, thou alone art Lord, thou alone art the most high: Jesus Christ with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. **Prayer**

Almighty and merciful God, hear us, so that what is done by our ministry may be made perfect by thy blessing: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Epistle of blessed Paul the Apostle to the Ephesians. *Ephes. 5, 22–33*

Brethren: Wives must be subject to their husbands as to Christ, because as Christ is the head and Savicur of the Church which is his body, so the husband is the head of his wife. Therefore, as the Church is subject to Christ, so wives must be subject to their husbands in everything. Husbands must love their wives in the same way as Christ loved his Church: he sacrificed

aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae: et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, et in Ecclesia. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.
℟. Deo gratias.

Graduale. *Ps. 127, 3.* Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae. ℣. Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae.
Alleluja, alleluja. ℣. *Ps. 19, 3.* Mittat vobis Dominus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja *et versu sequenti, dicitur:*

Tractus. *Ps. 127, 4–6.* Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum. ℣. Benedicat tibi Dominus ex Sion: et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitae tuae. ℣. Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluja, alleluja. ℣. *Ps. 19, 3.* Mittat vobis Dominus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos. Alleluja. ℣. *Ps. 133, 3.* Benedicat vobis Dominus ex Sion: qui fecit caelum et terram. Alleluja.

Sacerdos, inclinatus in medio, dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Jube, Domine, benedicere.
Dominus sit in corde meo, et in labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde conversus ad librum dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sequentia ✠ sancti Evangelii secundum Matthaeum.
℟. Gloria tibi, Domine.

himself for her, so as to be able to make her holy and pure by a bathing with water and by the uttering of a word. His design was to prepare a Church for himself, free from blemish or wrinkle or other disfigurement, radiantly holy and faultless. That is how a husband ought to love his wife: no less than he loves his own body. The man who loves his wife is loving a part of himself. No one ever hates his own body; he nourishes it and treats it with loving care. That is how Christ treats the Church, because it is his body and we are its members. For this reason, the Scripture says, a man shall leave his father and mother, and be joined to his wife, and the two will become one flesh. These words contain a high mystery (I mean as applied to Christ and the Church as a whole). But also individually, each of you must love his wife as himself, and the wife must hold her husband in reverence. ℟. Thanks be to God.

Gradual. *Ps. 127, 3.* Your wife shall be like the fruitful vine on the walls of your house. ℣. Your children around your table like the olive shoots.
Alleluia, alleluia. ℣. *Ps. 19, 3.* May the Lord send you help from his holy place: and watch over you from Sion. Alleluia.

After Septuagesima, there is said in place of the Alleluia *and its verse:*
Tract. *Ps. 127, 4–6.* Even so shall every man be blessed who fears the Lord. ℣. The Lord bless you from Sion: and may you see the prosperity of Jerusalem every day of your life. ℣. And may you see your children's children, and peace in Israel.

In Paschal Time, in place of the Gradual and Alleluia, *there is said:*

Alleluia, alleluia. ℣. *Ps. 19, 3.* May the Lord send you help from his holy place: and watch over you from Sion. Alleluia. ℣. *Ps. 133, 3.* May the Lord bless you from Sion; he who made heaven and earth. Alleluia.

The priest, bowing in the middle of the altar, says:

Cleanse my heart and my lips, almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a glowing coal: in thy gracious mercy be pleased so to cleanse me, that I may worthily proclaim thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.
Pray, Lord, a blessing.
May the Lord be in my heart and on my lips that I may announce his Gospel worthily and well. Amen.

Turning to the book, he says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. A passage from ✠ the holy Gospel according to Matthew.
℟. Glory to thee, O Lord.

Matth. 19, 3–6

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisaei tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

℟. Laus tibi, Christe.

Sacerdos osculatur Evangelium, dicens:

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Deinde osculatur Altare et dicit:

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

C. Oremus.

Offertorium. *Ps. 30, 15–16.* In te speravi, Domine: dixi: Tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea. (*T. P.* Alleluja.)

Sacerdos accipit Patenam cum Hostia, quam offerens dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem, in vitam aeternam. Amen.

Aquam benedicit signo Crucis, dicens:

Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Accipit Calicem et offert, dicens:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinae majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Matth. 19, 3–6

At that time: Some Pharisees came to Jesus, and put a question to test him: Can a man lawfully divorce his wife for any reason whatever? He answered: Have you not read that from the beginning the Creator made them male and female and said: For this reason a man shall leave his father and mother, and be joined to his wife, and the two shall become one flesh? That means that in body they are no longer two but one. Therefore, what God has united, man must not part.

℟. Praise to thee, O Christ.

The priest kisses the Gospel, saying:

Through the words of the Gospel may our sins be forgiven.

He kisses the altar and says:

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

C. Let us pray.

Offertory. *Ps. 30, 15–16.* Lord, I have trusted in thee; I have said: Thou art my God, my days are in thy hands. (*P. T.* Alleluia.)

The priest takes the paten with the Host, which he offers, saying:

Holy Father, almighty eternal God, receive the sacrifice of this perfect offering, which I thy unworthy servant make to thee, my living and true God, for my sins and offences and negligences without number, and for all who are present here as well as for all the Christian faithful living and dead: that it may prosper their salvation and mine unto life everlasting. Amen.

He blesses the water with the sign of the Cross and says:

O God, who in a wonderful manner hast formed the noble nature of man and even more wonderfully re-formed it, grant that by the mystery of this water and wine, we may have fellowship in his Godhead, who deigned to share our manhood, Jesus Christ thy Son our Lord, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. Amen.

He takes the Chalice and offers it, saying:

We offer thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching thy gentle mercy, that for our own and the whole world's salvation it may ascend with a sweet fragrance in the sight of thy divine majesty. Amen.

Bowing slightly, he says:

With humble soul and repentant heart may we be received by thee, Lord; and may our sacrifice be so offered in thy sight this day that it may please thee, Lord God.

Veni, sanctificator omnipotens aeterne Deus, *(benedicit oblata, prosequendo)* et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini praeparatum.

Sacerdos lavat manus, dicens: *Ps. 25, 6–12*

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.
Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.
Domine, dilexi decorem domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.
Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Aliquantulum inclinatus, junctis manibus, dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatae Mariae semper Virginis, et beati Joannis Baptistae et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea versus ad populum, voce paulului elevata, dicit:

Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.
℟. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae. *Sacerdos dicit:* Amen.

Secreta

Suscipe, quaesumus, Domine, pro sacra connubii lege munus oblatum: et, cujus largitor es operis, esto dispositor. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, *(clara voce dicit)* per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum.
C. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Come, Sanctifier, almighty eternal God, *(he blesses the offerings and continues)* and ✠ bless this sacrifice, prepared for thy holy name.

Whilst washing his hands, the priest says: *Ps. 25, 6–12*

I will wash my hands among the innocent and gather with them at thy altar, Lord;
To hear the song of praise and tell of all thy wonderful works.
Lord, I have loved the beauty of thy house and the place where thy glory dwells.
Let not my soul, O God, be lost among the wicked nor my life with men of blood.
Their hands are steeped in evil; their right hands full of bribes.
For myself, I walk in innocence; redeem me and be merciful to me.
My feet are set in the straight path: where men gather, Lord, I will bless thee.
Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.
As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

Bowing slightly and joining his hands, he says:

Receive, O holy Trinity, this offering which we make to thee in memory of the passion, resurrection and ascension of Jesus Christ our Lord, and in honour of the blessed Mary ever Virgin, of blessed John the Baptist, of the holy Apostles Peter and Paul, of those whose relics are here and of all the Saints; that it may bring honour to them and salvation to us; and may they, whose memory we keep on earth, be pleased to intercede for us in heaven: through the same Christ our Lord. Amen.

He turns to the people, and says in a louder tone:

Pray, brethren, that my sacrifice and yours may find acceptance with God the Father almighty.
℟. May the Lord receive the sacrifice from your hands for the praise and glory of his name, for our welfare also, and that of all his holy Church. *The priest says:* Amen.

Secret

Accept, we beg thee, Lord, the gifts we offer on the occasion of this sacred contract, and govern this union which thy goodness has effected: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, *(in a clear voice)* for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Raise your hearts. ℟. They are raised to the Lord.
C. Let us give thanks to the Lord our God.
℟. It is just and right.

Praefatio Communis

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli, caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes:

Jungit manus, et inclinatus dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

CANON MISSAE

Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, *Osculatur Altare et, junctis manibus ante pectus, dicit:* uti accepta habeas, et benedicas, *Signat ter super Hostiam et Calicem simul dicens:* haec ✠ dona, haec ✠ munera, haec ✠ sancta sacrificia illibata, *Extensis manibus prosequitur:* in primis, quae tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro N. et Antistite nostro N. et omnibus orthodoxis, atque catholicae, et apostolicae fidei cultoribus.

Commemoratio pro Vivis

Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum N. et N. *Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extensis prosequitur:* et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae: tibique reddunt vota sua aeterno Deo, vivo et vero.

Infra Actionem

Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Jacobi, Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Thaddaei: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmae et Damiani: et omnium Sanctorum

The Common Preface

It is truly just and right, fitting and for our good, always and everywhere to give thanks to thee, Lord, holy Father, almighty eternal God, through Christ our Lord. Through him thy majesty is praised by Angels, adored by Dominations, revered by Powers. The heavens also, the Virtues and the holy Seraphim in exultant harmony proclaim it. Grant, we implore thee, that our voices also may be joined with theirs, in homage and supplication saying:

Joining his hands, he bows and says:

Holy, Holy, Holy Lord God of Hosts. Heaven and earth are full of thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest.

CANON OF THE MASS

To thee, most merciful Father, we make our humble prayer, asking through Jesus Christ thy Son, our Lord, *he kisses the altar and joining his hands says:* that thou wouldst receive and bless, *he makes the sign of the Cross three times over the Host and Chalice, saying:* these ✠ gifts, these ✠ presents, these ✠ holy, spotless offerings. We offer them to thee first and foremost for thy holy catholic Church: be pleased, throughout the whole world, to give her peace, to protect, gather into one, and govern her. We offer them too for thy servant N. our Pope and for N. our Bishop and for all those who, faithful to the true teaching, are guardians of the catholic and apostolic faith.

The Commemoration of the Living

Remember, Lord, thy servants, men and women N. and N. *he joins his hands and prays a little while for those for whom he intends to pray: then, extending his hands, he continues:* and all those here around us: thou knowest their faith and proven loyalty. For them we offer thee this sacrifice of praise, or they offer it to thee for themselves, for all their own: to obtain redemption of their souls, the salvation they hope for and freedom from all danger: and they make their prayers to thee, the eternal, living and true God.

The Action

United in one communion, we venerate before all others the memory of the glorious ever-virgin Mary, Mother of God, our Lord Jesus Christ: and the memory too of thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus, Linus, Cletus, Clement, Xystus, Cornelius, Cyprian, Laurence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of

tuorum; quorum meritis, precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. *Jungit manus.* Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit:

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quaesumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. *Jungit manus.* Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quaesumus, *Signat ter super oblata,* bene ✠ dictam, adscrip ✠ tam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: *Signat semel super Hostiam,* ut nobis Cor ✠ pus, *et semel super Calicem,* et San ✠ guis fiat dilectissimi Filii tui, *Jungit manus,* Domini nostri Jesu Christi.

Qui pridie quam pateretur, *Accipit Hostiam,* accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, *Elevat oculos ad caelum,* et elevatis oculis in caelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, *Caput inclinat,* tibi gratias agens, *Signat super Hostiam,* bene ✠ dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices, profert verba consecrationis secrete, distincte, et attente super Hostiam, et simul super omnes, si plures sint consecrandae.

Hoc est enim Corpus meum.

Quibus verbis prolatis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, et genuflexus iterum adorat: nec amplius pollices et indices disjungit, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum.

Tunc, detecto Calice, dicit:

Simili modo postquam coenatum est, *Ambabus manibus accipit Calicem,* accipiens et hunc praeclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item, *Caput inclinat,* tibi gratias agens, *Sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum,* bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes.

all thy Saints. Through their merits and prayers, defend us in all circumstances by thine aid and protection. *He joins his hands.* Through the same Christ our Lord. Amen.

Holding his hands outstretched over the offerings, he says:

Be pleased then, Lord, to accept this offering from us thy servants and from thy whole family too; let it be thy will to dispose all our days in thy peace and to snatch us from eternal damnation and count us among the number of your chosen ones. *He joins his hands.* Through Christ our Lord. Amen.

May it seem fitting to thee, O God, to make this offering in every way, *he makes the sign of the Cross three times over the offerings,* a blessed ✠ offering, an acceptable ✠ offering, an approved ✠ offering, perfect and pleasing to thee: so that it may become for us, *he makes the sign of the Cross once over the Host,* the Body ✠ *and once over the Chalice,* and Blood ✠ of thy well-beloved Son, *he joins his hands,* our Lord Jesus Christ.

He it was who on the eve of his Passion, *he takes the Host,* took bread in his holy and adorable hands, *he raises his eyes to heaven,* and looking up to heaven to thee, God, his almighty Father, *he bows his head,* giving thanks to thee, *he makes the sign of the Cross over the Host,* he ✠ blessed the bread, broke it, and gave it to his disciples, saying: Take and eat of this, all of you.

Holding the Host with both hands, between the index finger and thumb, he pronounces quietly, distinctly and attentively the words of consecration over the Host, and at the same time over all other Hosts, if there are others to be consecrated.

For this is my Body.

When he has pronounced these words, he genuflects immediately and adores the Sacred Host: he rises, shows It to the people, replaces It on the corporal, and genuflecting adores It a second time: and he keeps together the index finger and the thumb of either hand, except when the Host is to be touched, until the washing of his fingers.

Then, uncovering the Chalice, he says:

In like manner after the Supper, *he takes the Chalice in both hands,* he took this noble Chalice in his holy and adorable hands: *he bows his head,* and giving thanks to thee, *holding the Chalice with his left hand, he makes the sign of the Cross over it with his right,* he blessed ✠ it and gave it to his disciples, saying: Take and drink of this, all of you.

Profert verba consecrationis super Calicem, attente, continuate, et secrete, tenens illum parum elevatum.

Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi et aeterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Quibus verbis prolatis, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete: Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. *Genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, et genuflexus iterum adorat.*

Deinde disjunctis manibus dicit:

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatae passionis, nec non et ab inferis resurrectionis, sed et in caelos gloriosae ascensionis: offerimus praeclarae majestati tuae de tuis donis ac datis, *Jungit manus, et signat ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens:* hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam, *Signat semel super Hostiam, dicens:* Panem ✠ sanctum vitae aeternae, *et semel super Calicem, dicens:* et Calicem ✠ salutis perpetuae.

Extensis manibus prosequitur:

Supra quae propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchae nostri Abrahae: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Profunde inclinatus, junctis manibus, et super Altare positis, dicit:

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: jube haec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinae majestatis tuae: ut quotquot, *Osculatur Altare,* ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui, *Jungit manus, et signat semel super Hostiam, et semel super Calicem,* Cor ✠ pus et San ✠ guinem sumpserimus, *Seipsum signat, dicens:* omni benedictione caelesti et gratia repleamur. *Jungit manus.* Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

He pronounces the words of consecration over the Chalice, attentively, consecutively and in a quiet voice, holding it slightly elevated.

For this is the Chalice of my Blood of the new and eternal testament: the mystery of the faith: which shall be shed for you and for the multitude of mankind so that sins may be forgiven.

When he has pronounced these words he replaces the Chalice on the corporal, and says quietly: As often as you shall do this, you shall do it in memory of me. *Making a genuflection, he adores: he rises, shows the Chalice to the people, replaces it, covers it, and genuflecting adores again.*

Then with his hands apart he says:

For that reason, Lord, in memory of the blessed Passion of the same Christ, thy Son, our Lord, of his resurrection from the place of the dead, and of his ascension into the glory of heaven, we thy servants, together with thy holy people, present thy glorious majesty with this offering, taken from thine own good gifts, *he joins his hands and makes the sign of the Cross three times over the Host and Chalice together, saying:* the perfect ✠ victim, the holy ✠ victim, the unblemished ✠ victim, *he makes the sign of the Cross once over the Host, saying:* the holy ✠ Bread of eternal life, *and once over the Chalice, saying:* and the Chalice ✠ of eternal salvation.

With hands outstretched he continues:

Turn thy face, in favour and kindliness, to these our offerings. Accept them as thou wert pleased to accept the gifts of thy servant Abel the Just, and the sacrifice of Abraham the Father of our race, and that which thy high priest Melchisedech offered thee, a holy offering, a victim without blemish.

Bowing profoundly, with hands joined and placed upon the altar, he says:

We humbly beg of thee, almighty God, have thy holy angel bear these gifts in his hands to thine altar on high, into the presence of thy divine majesty: so that when, *he kisses the altar,* in the communion of this altar, we shall receive the infinitely holy, *he joins his hands and makes the sign of the Cross once over the Host and once over the Chalice,* ✠ Body and ✠ Blood of thy Son, *he makes the sign of the Cross over himself, saying:* we may all be filled with every blessing and grace from heaven. *He joins his hands.* Through the same Christ our Lord. Amen.

Commemoratio pro Defunctis

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N. qui nos praecesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.

Jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit, deinde extensis manibus prosequitur: Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur. *Jungit manus, et caput inclinat, dicens:* Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Manu dextera percutit sibi pectus, elata aliquantulum voce dicens:

Nobis quoque peccatoribus, *Extensis manibus ut prius, secrete prosequitur:* famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam, et societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Caecilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non aestimator meriti, sed veniae, quaesumus, largitor admitte. *Jungit manus.* Per Christum Dominum nostrum.

Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, *Signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens:* sancti ✠ ficas, vivi ✠ ficas, bene ✠ dicis, et praestas nobis.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Hostiam inter pollicem et indicem manus dexterae: et tenens sinistra Calicem, cum Hostia signat ter a labio ad labium Calicis, dicens: Per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so, *Cum ipsa Hostia signat bis inter se et Calicem, dicens:* est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti, *Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit:* omnis honor, et gloria.

Reponit Hostiam, Calicem Palla cooperit, genuflectit, surgit, et dicit intelligibili voce, vel cantat: Per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Jungit manus.

Oremus: Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:
Extendit manus.

The Commemoration of the Dead

Remember also, Lord, thy servants, men and women, N. and N., who have gone before us marked with the seal of the faith and sleep in the sleep of peace.

He joins his hands, prays a short while for the dead for whom he intends to pray; then with hands outstretched he continues: To those, Lord, and to all who take their rest in Christ, grant, we beg thee, the place of consolation, of light, and of peace. *He joins his hands and bows his head, saying:* Through the same Christ our Lord. Amen.

He strikes his breast with his right hand, saying in a slightly louder voice:

To us also, who are sinners, *with outstretched hands held as before, he continues quietly:* thy servants, trusting in thine infinite mercy, grant of thy goodness a place in the fellowship of thy holy Apostles and Martyrs: with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicity, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all thy Saints. Admit us to their company, we beg thee, not weighing what we deserve but generously pardoning us. *He joins his hands.* Through Christ our Lord.

Through him, Lord, thou dost ever create, *he makes the sign of the Cross three times over the Host and Chalice together, saying:* and make ✠ holy, infuse ✠ with life and bless ✠ all these good things, thy gifts to us.

He uncovers the Chalice, genuflects, takes the Host between the thumb and index finger of his right hand: and holding the Chalice with his left hand, he makes the sign of the Cross with the Host from rim to rim of the Chalice, saying: Through ✠ him, and with ✠ him, and in ✠ him, *he makes the sign of the Cross twice with the Host, between himself and the Chalice, saying:* be given to thee God, Father ✠ Almighty, in the unity of the Holy ✠ Spirit, *raising slightly the Chalice with the Host, he says:* all honour and all glory.

He lays down the Host, covers the Chalice with the pall, genuflects, rises and says or sings, so that all may understand: World without end. ℟. Amen.

He joins his hands.

Let us pray. Instructed by our Saviour's commands and trained by God's teaching we dare to say:
He stretches out his hands.

Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
Sacerdos secrete dicit: Amen.

Sacerdos stans in cornu Epistolae versus Sponsum et Sponsam ante Altare genuflexos, dicit super eos sequentes Orationes:

Oremus. Oratio

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut, quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ut femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuisset institui, numquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi et Ecclesiae sacramentum praesignares in foedere nuptiarum: Deus, per quem mulier jungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quae sola nec per originalis peccati poenam, nec per diluvii est ablata sententiam: respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali jungenda consortio, tua se expetit protectione muniri: sit in ea jugum dilectionis, et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum: sit amabilis viro suo, ut Rachel: sapiens, ut Rebecca: longaeva et fidelis, ut Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor praevaricationis usurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat: uni thoro juncta, contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem suam robore disciplinae: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis caelestibus erudita: sit foecunda in sobole, sit probata et innocens: et ad beatorum requiem, atque ad caelestia regna perveniat: et videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam et quartam generationem, et ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per

Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name, thy kingdom come, thy will be done on earth as it is in heaven: give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses as we forgive them that trespass against us, and lead us not into temptation:
℟. But deliver us from evil.
The priest says in a quiet voice: Amen.

The priest stands at the Epistle corner facing the bridegroom and bride, who kneel before the altar, and says the following prayers over them:

Let us pray. Prayer

Mercifully hear our prayers, O Lord, and graciously bless the rites thou hast ordained for the increase of the human race, so that they whom thou dost join together may be aided by thy grace: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Let us pray. Prayer

O God, who in thy mighty power hast made all things from nothing, and who, when from its beginnings thou hadst ordered the world for man who was created according to God's image, didst so fashion woman his inseparable partner, that out of the flesh of man the first woman might receive her body, teaching us that it is never lawful to separate what thou hast been pleased to establish as one: God, who has made sacred the bond of marriage in such a surpassing mystery as to prefigure in that pledge the union between Christ and his Church; God, through whom woman is joined to man and through whom this partnership, ordained from the beginning, is given the blessing that was not forfeited merely as the punishment of original sin or as the judgement of the flood: look graciously upon thy handmaid who seeks the shelter of thy protection as she enters into marriage. May her yoke be a yoke of love and peace, her marriage faithful and chaste in Christ; may she ever be like those holy women, as loving to her husband as Rachel, as wise as Rebecca, as long-lived and loyal as Sara; may the father of lies have no dominion over her actions, but may she stand fast in her pledge and in thy commandments; faithful to her vows, may she shun all unlawful love, and support her own frailty with firm discipline; may her behaviour be grave, her modesty respected, and her knowledge of heavenly doctrine well-founded. May her offspring be plentiful, may she be virtuous and innocent, and may she come to rest among the blessed in thy

omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Tunc sacerdos reversus ad medium Altaris manu dextera accipit inter indicem et medium digitos Patenam, quam tenens super Altare erectam, dicit secrete:

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, praeteritis, praesentibus et futuris: et, intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, *Signat se cum Patena a fronte ad pectus,* da propitius pacem in diebus nostris: *Patenam osculatur,* ut ope misericordiae tuae adjuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi.

Submittit Patenam Hostiae, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, et eam super Calicem tenens utraque manu, frangit per medium, dicens:

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Et mediam partem, quam in dextera manu tenet, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quae in sinistra remanserat, frangit particulam, dicens:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

Aliam mediam partem, quam in sinistra manu habet, adjungit mediae super Patenam positae, et particulam parvam dextera retinens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam tenet, dicit intelligibili voce, vel cantat:

Per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens:

Pax ✠ Domini sit ✠ semper vobis ✠ cum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete:

Haec commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam aeternam. Amen.

heavenly kingdom. May both see their children's children to the third and fourth generation, and reach the years that they desire; through the same Jesus Christ thy Son, our Lord, who is God, living and reigning with thee in the unity of the holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Then the priest goes back to the centre of the altar, takes the paten between the first and second fingers of his right hand, and holding it upright on the altar, says in a quiet voice:

Deliver us, Lord, we beg thee, from evils past, present and future: and through the intercession of the blessed and glorious ever-virgin Mary, Mother of God, and of the blessed Apostles Peter and Paul and Andrew, and of all the Saints, *he signs himself with the paten,* grant peace in our days: *he kisses the paten,* so that helped by the workings of thy mercy we may be always free from sin and unshaken by any disturbance.

He places the paten under the Host, uncovers the Chalice, genuflects, rises, takes the Host and holding It in both hands over the Chalice, breaks It in half, saying:

Through the same Jesus Christ our Lord, thy Son.

Then he places on the paten the part of the Host which he holds in his right hand. He then breaks off a particle from the part that remains in his left hand, saying:

Who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit.

The other half, which he holds in his left hand, he sets beside the half on the paten; and with his right hand holding the small particle over the Chalice, taken in his left hand between the cup and the node, says or sings in an audible voice:

World without end. ℟. Amen.

With the particle itself he makes the sign of the Cross three times over the Chalice, saying:

The peace ✠ of the Lord ✠ be always ✠ with you.
℟. And with you also.

He puts the particle into the Chalice, saying quietly:

May this sacramental mingling of the Body and of the Blood of our Lord Jesus Christ, which we are about to receive, bring us eternal life. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus, et ter pectus percutiens, intelligibili voce dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Deinde, junctis manibus super Altare, inclinatus dicit secrete sequentes Orationes:

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiae tuae: eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis: et fac me tuis semper inhaerere mandatis, et a te numquam separari permittas: Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in judicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit:

Panem caelestem accipiam, et nomen Domini invocabo. *Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiae inter pollicem et indicem sinistrae manus, et Patenam inter eundem indicem et medium supponit, et dextera tribus vicibus percutiens pectus, elata aliquantulum voce, ter dicit devote et humiliter:*

Domine, non sum dignus, *Et secrete prosequitur:* ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

He covers the Chalice, genuflects, rises, and with hands joined, bowing to the Sacrament, he strikes his breast three times, saying in an audible voice:

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, give us peace.

Then with his hands joined on the altar, bowing down, he says quietly the following prayers:

Lord Jesus Christ, who hast said to thine Apostles: I leave you with peace, it is my peace I give you: turn not thy gaze upon my sins but upon the faith of thy Church, and because it is thy will, grant her that peace and gather her together in unity: who livest and reignest God, world without end. Amen.

Lord Jesus Christ, Son of the living God, who, in fulfilment of the Father's will, in a common work with the Holy Spirit, hast by thy death brought life to the world, deliver me by this thine infinitely holy Body and Blood from all my sins and from every evil. Make me always cleave to thy commandments and never let me become separated from thee: who art God, living and reigning with God the Father and the Holy Spirit, world without end. Amen.

Unworthy as I am, Lord Jesus Christ, I dare to receive thy Body; do not let that bring down upon me thy judgement and condemnation; through thy loving kindness let it be a safeguard and a healing remedy for my soul and body: who with God the Father in the unity of the Holy Spirit livest and reignest, God for ever and ever. Amen.

He genuflects, rises, and says:

I will take the Bread of heaven and I will call upon the name of the Lord. *Bowing slightly, he takes both parts of the Host between the thumb and first finger of his left hand, and places the paten beneath, between the first finger and second: then with his right hand he strikes his breast three times and says humbly and devoutly, three times, in a slightly raised voice:*

Lord, I am not worthy, *and continues quietly:* that thou shouldst enter under my roof: but say only the word and my soul shall be healed.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam aeternam. Amen.

Et se inclinans, reverenter sumit ambas partes Hostiae: quibus sumptis, deponit Patenam super Corporale, et erigens se jungit manus, et quiescit aliquantulum in meditatione Sanctissimi Sacramenti.

Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quae sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens:

Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dextera, et eo se signans, dicit:

Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam aeternam. Amen.

Et sinistra supponens Patenam Calici, reverenter sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet.

Postea dicit:

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. *Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum vini, quo se purificat.*

Deinde prosequitur:

Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potavi, adhaereat visceribus meis: et praesta: ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Abluit et extergit digitos, ac sumit ablutionem: extergit os et Calicem, quem, plicato Corporali, operit et collocat in Altari ut prius: deinde prosequitur Missam.

Communio. *Ps. 127, 4, 6.* Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum: et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel. (*T. P.* Alleluja.)

Afterwards, he makes the sign of the Cross with the Host over the paten, saying:

The Body of our Lord Jesus Christ be my soul's protection for life eternal. Amen.

And bowing down, he reverently consumes both parts of the Host: and when he has consumed them, he puts down the paten on the corporal and, standing upright, joins his hands and stays some time in meditation on the Most Blessed Sacrament.

Then he uncovers the Chalice, genuflects, collects the fragments if there are any, and purifies the paten over the Chalice, saying:

What shall I give to God in return for all his gifts to me? I will take the Chalice of salvation and I will call upon the name of the Lord. I will praise the Lord as I call upon him, and I shall be safe from my enemies.

Taking the Chalice in his right hand, he signs himself with it, saying:

May the Blood of our Lord Jesus Christ be my soul's protection for life eternal. Amen.

With the paten in his left hand, beneath the Chalice, he reverently consumes all the Precious Blood with the particle. Having consumed It, if there are any communicants, he communicates them before the purification.

Afterwards he says:

What our mouths have eaten, Lord, may our souls receive with purity and may the gift we receive in this life be for us a remedy for life eternal. *Meanwhile he holds out the Chalice to the server who pours a little wine into it, and he purifies himself.*

Then he continues:

May thy Body which I have eaten, Lord, and thy Blood which I have drunk, cleave to my innermost being: and grant that nothing of sin's defilement may remain in me, now that I have been renewed by this Sacrament so pure and holy: who livest and reignest world without end. Amen.

He washes and dries his fingers, and consumes the ablution; he wipes his mouth, and the Chalice, and folding the corporal covers it and places it on the altar as before: then he continues the Mass.

Communion. *Ps. 127, 4, 6.* Even so shall every man be blessed who fears the Lord: and may you see your children's children, and peace in Israel. (*P. T.* Alleluia.)

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio

Quaesumus, omnipotens Deus: instituta providentiae tuae pio favore comitare; ut, quos legitima societate connectis, longaeva pace custodias. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Ite, missa est. ℟. Deo gratias.

Sacerdos antequam populo benedicat, conversus ad Sponsum et Sponsam, dicit:

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum: et ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam et quartam generationem, et postea vitam aeternam habeatis sine fine: adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Postea eos aspergat aqua benedicta.

Sacerdos inclinat se, et dicit secrete:

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Versus ad populum, benedicens, prosequitur:
C. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Sacerdos in cornu Evangelii, dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. ✠ Initium sancti Evangelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 1, 1–14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. Postcommunion

Bless with thy grace, we beg thee, almighty God, this partnership thy providence has established, and keep in thy lasting peace those whom thou hast joined in lawful union: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Go, the Mass is ended. ℟. Thanks be to God.

Before blessing the people the priest turns to the bridegroom and bride and says:

The God of Abraham, the God of Isaac and the God of Jacob be with you, and may he fulfil his blessing in you, that you may see your children's children to the third and fourth generation, and then have eternal and unending life: with the help of our Lord Jesus Christ, who with the Father and the Holy Spirit liveth and reigneth, God for ever. ℟. Amen.

Then he sprinkles them with holy water.

The priest bows, and prays silently, saying:

May the homage of my service, O holy Trinity, be pleasing to thee; and grant that the sacrifice, which I, though unworthy, have offered in the sight of thy majesty, may be acceptable to thee, and through thy mercy bring forgiveness to me and all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

Turning to the people, he says in blessing:
C. May Almighty God, Father, and Son, ✠ and Holy Spirit, bless you. ℟. Amen.

The priest goes to the Gospel corner, and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. ✠ The beginning of the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 1, 1–14

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. He was in the beginning with God. All things were made through him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and life was the light of men, and the light shines in the darkness, and the darkness did not comprehend it. A man came, sent from God, whose name was John. He came as a witness, to give testimony to the light, that all

lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Genuflectit dicens)* Et Verbum caro factum est, *(et surgens prosequitur)* et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

℟. Deo gratias.

might believe through him. He was not the light, but was to give testimony to the light. The Word was the true Light, which enlightens every man who comes into the world. He was in the world, and the world was made through him, and the world did not recognise him. He came to his own, and his own did not receive him; but to all who did receive him, and who believe in his name, to these he gave power to become children of God, born not of blood, nor by the will of flesh, nor by the will of man, but of God. *(He genuflects, saying)* And the Word became flesh *(and rising continues)* and dwelt among us; and we saw his glory, the glory of the only-begotten of the Father, full of grace and truth.

℟. Thanks be to God.



MISSAE DEFUNCTORUM

IN DIE 2 NOVEMBRIS IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM AD PRIMAM MISSAM

Introitus *4 Esdr. 2, 34, 35*

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. *Ps. 64, 2–3.* Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem.

C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Christe, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. **Oratio**

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor: animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

REQUIEM MASSES

NOVEMBER 2 ALL SOULS' DAY COMMEMORATION OF ALL THE DEPARTED FAITHFUL FIRST MASS

Introit *4 Esdras 2, 34, 35*

Eternal rest give unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them. *Ps. 64, 2–3.* A hymn of praise is thy due, O God, in Sion, and vows shall be offered thee in Jerusalem; hear my prayer; all mankind shall come to thee. Eternal rest.

C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Christ, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. **Prayer**

O God, the Creator and Redeemer of all the faithful, grant the souls of thy departed servants, men and women, the remission of all their sins, that by our devout prayers they may obtain the pardon they have always desired: who art God, living and reigning with God the Father in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1 Cor. 15, 51–57*

Fratres: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.
℟. Deo gratias.

Graduale. *4 Esdr. 2, 34, 35.* Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. *Ps. 111, 7.* In memoria aeterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere judicium ultionis. ℣. Et lucis aeternae beatitudine perfrui.

Sequentia

Dies irae, dies illa,
Solvet saeclum in favilla:
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando judex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit, et natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.
Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.

Epistle of blessed Paul the Apostle to the Corinthians. *1 Cor. 15, 51–57*

Brethren: Mark well the mystery I declare to you: not all of us will die, but we shall all undergo a change. It will happen in a flash, in the twinkling of an eye, at the last trumpet. The trumpet will sound, the dead will rise, delivered from corruption, and we ourselves shall undergo a change. For this perishable body must be clothed with imperishable life, and this mortal body with immortality. And when this perishable and mortal body has been clothed with imperishable and immortal life, then the Scripture will have been fulfilled which says: Death is swallowed up in victory. Where, O Death, is your victory? Where, O Death, is your sting? Sin is the sting of Death, and Sin draws its strength from the Law. But thanks be to God, victory is with us, through our Lord Jesus Christ. ℟. Thanks be to God.

Gradual. *4 Esdras 2, 34, 35.* Eternal rest give unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them. ℣. *Ps. 111, 7.* The just shall be remembered for ever; he shall not be afraid of evil tidings.

Tract. Deliver the souls of the departed faithful, Lord, from every bond of sin; ℣. and by the help of thy grace may they deserve to escape thy just retribution ℣. and enjoy the blessedness of everlasting light.

Sequence

Day of wrath, dread day of wonder,
Crumbling worlds shall roll asunder,
Prophets say, mid fire and thunder.
O! the terror then befalling!
When the judge to judgement calling,
Dooms to life or death appalling.
Hark! the trumpet's blast astounding,
Through the realms of death rebounding,
Summons to the judgement sounding.
Death shall start and nature shiver,
As in answer life shall quiver
And the graves their dead deliver.
Forth is brought the Book of Ages,
All the world's doom on its pages,
Man's reward, sin's awful wages.
There shall sit the Judge revealing
Every secret deed and feeling,
Unto each strict justice dealing.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix justus sit securus?
Rex tremendae majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me, fons pietatis.
Recordare, Jesu pie,
Quod sum causa tuae viae,
Ne me perdas illa die.
Quaerens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Juste judex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco, tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce, Deus.
Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meae non sunt dignae:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.
Inter oves locum praesta,
Et ab hoedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro supplex, et acclinis,
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrimosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Judicandus homo reus.
Huic ergo parce, Deus:
Pie Jesu Domine,
Dona eis requiem.
Amen.

Sacerdos, inclinatus in medio, dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum.

In that blaze of revelation,
Who would heed my supplication?
E'en the just scarce find salvation.
King of awful might and splendour,
Free salvation thou dost render,
Save me, Fount of pity tender.
Think, kind Jesus, my salvation
Made thee seek life's desolation;
Spare me final reprobation.
Weary seeking, thou hast wandered,
My redemption planned and pondered,
Shall thy Cross and pains be squandered?
Righteous Judge of retribution,
Grant my sins full absolution,
Ere that day of restitution.
Tears of crimson shame surge o'er me,
At my sins that flaunt before me,
Spare me, Lord, to grace restore me.
With sweet Mary of the garden,
With the Thief sin failed to harden,
From thee I, too, hope for pardon.
Worthless are my prayers ascending,
Yet, kind Lord, on thee depending,
May I 'scape the fires unending.
With thy Saints assign my station,
Not with outcasts of damnation,
At thy right lies my salvation.
When the accurst are speechless stricken,
Plunged in fires that scorch and sicken,
Call me with thy Saints and quicken.
Crushed in dust, before thee bending,
Grief and shame my bosom rending,
Lord have mercy on mine ending.
Day of tears, of dread surprises,
When from crumbling worlds man rises,
Summoned to the great assizes,
Spare him, Lord, thy just reprises.
God of mercy, Jesu blest,
Give to them eternal rest.
Amen.

The priest, bowing in the middle of the altar, says:

Cleanse my heart and my lips, almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a glowing coal: in thy gracious mercy be pleased so to cleanse me, that I may worthily proclaim thy holy Gospel. Through Christ our Lord.

Amen.
Jube, Domine, benedicere.
Dominus sit in corde meo, et labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde conversus ad librum dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sequentia ✠ sancti Evangelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 5, 25–29

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judaeorum: Amen, amen dico vobis: quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit et Filio habere vitam in semetipso: et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii. ℟. Laus tibi, Christe.
C. Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Oremus.

Offertorium. Domine Jesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae promisisti, et semini ejus. ℣. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus, fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

Sacerdos accipit Patenam cum Hostia, quam offerens dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem, in vitam aeternam. Amen.

Amen.
Pray, Lord, a blessing.
May the Lord be in my heart and on my lips that I may announce his Gospel worthily and well. Amen.

Turning to the book, he says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. A passage from ✠ the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 5, 25–29

At that time: Jesus said to the Jews: I tell you truly, the hour is coming, and is now here, when the dead will hear the voice of the Son of God, and those who hear it will live. For as the Father has in himself the source of life, so too he has placed in his Son the source of life; he has also given him power to deliver judgement, because he is the Son of man (do not marvel at this), for the hour is coming when all who are in their graves will hear his voice and come forth: those who have done good will rise and live again, but those who have done evil will rise to meet their doom. ℟. Praise to thee, O Christ.
C. Through the words of the Gospel may our sins be forgiven.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Let us pray.

Offertory. Lord Jesus Christ, King of glory, rescue all the souls of the departed faithful from the pains of hell and the bottomless pit; save them from the lion's jaws, lest the darkness engulf them and they fall into oblivion; rather may holy Michael with his standard lead them up into everlasting light; this thou didst promise of old to Abraham and his children. ℣. We offer thee, Lord, the prayers and sacrifice of praise; receive them for the sake of these souls whose memory we keep this day. Make them pass, Lord, from death to life; this thou didst promise of old to Abraham and his children.

The priest takes the paten with the Host, which he offers, saying:

Holy Father, almighty eternal God, receive the sacrifice of this perfect offering, which I thy unworthy servant make to thee, my living and true God, for my sins and offences and negligences without number, and for all who are present here as well as for all the Christian faithful living and dead: that it may prosper their salvation and mine unto life everlasting. Amen.

Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Accipit Calicem et offert, dicens:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinae majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Veni, sanctificator omnipotens aeterne Deus *(benedicit oblata, prosequendo)* et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini praeparatum.

Sacerdos lavat manus, dicens: *Ps. 25, 6–12*

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.
Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.
Domine, dilexi decorem domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

Aliquantulum inclinatus, junctis manibus, dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatae Mariae semper Virginis, et beati Joannis Baptistae et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

O God, who in a wonderful manner hast formed the noble nature of man and even more wonderfully re-formed it, grant that by the mystery of this water and wine, we may have fellowship in his Godhead, who deigned to share our manhood, Jesus Christ thy Son our Lord, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. Amen.

He takes the Chalice and offers it, saying:

We offer thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching thy gentle mercy, that for our own and the whole world's salvation it may ascend with a sweet fragrance in the sight of thy divine majesty. Amen.

Bowing slightly, he says:

With humble soul and repentant heart may we be received by thee, Lord; and may our sacrifice be so offered in thy sight this day that it may please thee, Lord God.

Come. Sanctifier, almighty eternal God, *(he blesses the offerings and continues)* and ✠ bless this sacrifice, prepared for thy holy name.

Whilst washing his hands, the priest says: *Ps. 25, 6–12*

I will wash my hands among the innocent and gather with them at thy altar, Lord;
To hear the song of praise and tell of all thy wonderful works.
Lord, I have loved the beauty of thy house and the place where thy glory dwells.
Let not my soul, O God, be lost among the wicked nor my life with men of blood.
Their hands are steeped in evil; their right hands full of bribes.
For myself, I walk in innocence; redeem me and be merciful to me.
My feet are set in the straight path: where men gather, Lord, I will bless thee.

Bowing slightly and joining his hands, he says:

Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut animae famulorum famularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus majestati; per hujus virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Sacerdos inclinat se, et dicit secrete:

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sacerdos in cornu Evangelii, dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. ✠ Initium sancti Evàngelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 1, 1–14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Genuflectit dicens)* Et Verbum caro factum est, *(et surgens prosequitur)* et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.
℟. Deo gratias.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. **Postcommunion**

Grant, we beg thee, almighty and merciful God, that the souls of thy servants, men and women, for whose sake we have offered this sacrifice of praise to thy majesty, may through the power of this sacrament be cleansed from all their sins and through thy mercy receive the bliss of everlasting light: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever.
℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. May they rest in peace. ℟. Amen.

The priest bows, and prays silently, saying:

May the homage of my service, O holy Trinity, be pleasing to thee; and grant that the sacrifice, which I, though unworthy, have offered in the sight of thy majesty, may be acceptable to thee, and through thy mercy bring forgiveness to me and all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

The priest goes to the Gospel corner, and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. ✠ The beginning of the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 1, 1–14

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. He was in the beginning with God. All things were made through him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and life was the light of men, and the light shines in the darkness, and the darkness did not comprehend it. A man came, sent from God, whose name was John. He came as a witness, to give testimony to the light, that all might believe through him. He was not the light, but was to give testimony to the light. The Word was the true Light, which enlightens every man who comes into the world. He was in the world, and the world was made through him, and the world did not recognise him. He came to his own, and his own did not receive him; but to all who did receive him, and who believe in his name, to these he gave power to become children of God, born not of blood, nor by the will of flesh, nor by the will of man, but of God. *(He genuflects, saying)* And the Word became flesh, *(and rising continues)* and dwelt among us; and we saw his glory, the glory of the only-begotten of the Father, full of grace and truth.
℟. Thanks be to God.

IN DIE OBITUS SEU DEPOSITIONIS DEFUNCTI

Introitus *4 Esdr. 2, 34, 35*

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. *Ps. 64, 2–3.* Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem.

C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Christe, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Kyrie, eleison. ℟. Kyrie, eleison.
C. Kyrie, eleison.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. **Oratio**

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (famulae tuae N.), quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. *1 Thess. 4, 13–18*

Fratres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit; ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis. ℟. Deo gratias.

MASS ON THE DAY OF DEATH OR BURIAL

Introit *4 Esdras 2, 34, 35*

Eternal rest give unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them. *Ps. 64, 2–3.* A hymn of praise is thy due, O God, in Sion, and vows shall be offered thee in Jerusalem; hear my prayer; all mankind shall come to thee. Eternal rest.

C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Christ, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Lord, have mercy. ℟. Lord, have mercy.
C. Lord, have mercy.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. **Prayer**

O God, whose nature is ever to grant mercy and pardon, we humbly beg thee on behalf of the soul of thy servant N., whom today thou hast called from this world: do not hand him (her) over to the power of the enemy or forget him (her) for ever, but at thy command let thy holy angels welcome and lead him (her) home in paradise, so that as he (she) has hoped and believed in thee, he (she) may not suffer the pains of hell, but possess everlasting happiness: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

Epistle of blessed Paul the Apostle to the Thessalonians. *1 Thess. 4, 13–18*

Brethren: We wish you to know the truth about those who have fallen asleep in death; then you will not grieve over them as other men do who have no hope. We believe that Jesus died and rose again; and in the same way God will bring back to life with Jesus those who have fallen asleep in him. We tell you this on the word of the Lord: those of us who are still alive, who survive until the Lord's coming, will have no advantage over those who have fallen asleep. A word of command, the voice of an archangel, the trumpet of God, and the Lord himself will come down from heaven. Then first of all those who have died in Christ will rise; and afterwards those of us who are still living will be swept aloft on clouds to meet the Lord in the air. Then we shall be with the Lord for ever. Remind one another of all this for your consolation. ℟. Thanks be to God.

Graduale. *4 Esdr. 2, 34, 35.* Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. *Ps. 111, 7.* In memoria aeterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere judicium ultionis. ℣. Et lucis aeternae beatitudine perfrui.

Sequentia Dies irae, *ut supra, 605.*

Sacerdos, inclinatus in medio, dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Jube, Domine, benedicere.
Dominus sit in corde meo, et in labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde conversus ad librum dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sequentia ✠ sancti Evangelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 11, 21–27

In illo tempore: Dixit Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed et nunc scio, quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. ℟. Laus tibi, Christe.
C. Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Oremus.

Offertorium. Domine Jesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae promisisti, et semini ejus.

Gradual. *4 Esdras 2, 34, 35.* Eternal rest give unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them. ℣. *Ps. 111, 7.* The just shall be remembered for ever; he shall not be afraid of evil tidings.

Tract. Deliver the souls of the departed faithful, Lord, from every bond of sin; ℣. and by the help of thy grace may they deserve to escape thy just retribution ℣. and enjoy the blessedness of everlasting light.

Sequence Day of Wrath *as above, p. 605.*

The priest, bowing in the middle of the altar, says:

Cleanse my heart and my lips, almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a glowing coal: in thy gracious mercy be pleased so to cleanse me, that I may worthily proclaim thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.
Pray, Lord, a blessing.
May the Lord be in my heart and on my lips that I may announce his Gospel worthily and well. Amen.

Turning to the book, he says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. A passage from ✠ the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 11, 21–27

At that time: Martha said to Jesus: Lord, if you had been here, my brother would not have died; and even now I know that whatever you ask of God, he will grant you. Jesus said to her: Your brother will rise again. Martha said to him: I know that he will rise at the resurrection on the last day. Jesus said to her: I am the resurrection and I am life. Whoever believes in me, even if he dies, will live; and everyone who lives and believes in me will never die. Do you believe this? She answered: Yes, Lord; I have always believed that you are the Messias, the Son of God, who was to come into the world. ℟. Praise to thee, O Christ.
C. Through the words of the Gospel may our sins be forgiven.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Let us pray.

Offertory. Lord Jesus Christ, King of glory, rescue all the souls of the departed faithful from the pains of hell and the bottomless pit; save them from the lion's jaws, lest the darkness engulf them and they fall into oblivion; rather may holy Michael with his standard lead them up into everlasting light; this thou didst

℣. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahae promisisti, et semini ejus.

Sacerdos accipit Patenam cum Hostia, quam offerens dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem, in vitam aeternam. Amen.

Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Accipit Calicem et offert, dicens:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinae majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Veni, sanctificator omnipotens aeterne Deus *(benedicit oblata, prosequendo)* et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini praeparatum.

Sacerdos lavat manus, dicens: *Ps. 25, 6–12*

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.
Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.
Domine, dilexi decorem domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

promise of old to Abraham and his children. ℣. We offer thee, Lord, the prayers and sacrifice of praise; receive them for the sake of these souls whose memory we keep this day. Make them pass, Lord, from death to life; this thou didst promise of old to Abraham and his children.

The priest takes the paten with the Host, which he offers, saying:

Holy Father, almighty eternal God, receive the sacrifice of this perfect offering, which I thy unworthy servant make to thee, my living and true God, for my sins and offences and negligences without number, and for all who are present here as well as for all the Christian faithful living and dead: that it may prosper their salvation and mine unto life everlasting. Amen.

O God, who in a wonderful manner hast formed the noble nature of man and even more wonderfully re-formed it, grant that by the mystery of this water and wine, we may have fellowship in his Godhead, who deigned to share our manhood, Jesus Christ thy Son our Lord, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. Amen.

He takes the Chalice and offers it, saying:

We offer thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching thy gentle mercy, that for our own and the whole world's salvation it may ascend with a sweet fragrance in the sight of thy divine majesty. Amen.

Bowing slightly, he says:

With humble soul and repentant heart may we be received by thee, Lord; and may our sacrifice be so offered in thy sight this day that it may please thee, Lord God.

Come, Sanctifier, almighty eternal God, *(he blesses the offerings and continues)* and ✠ bless this sacrifice, prepared for thy holy name.

Whilst washing his hands, the priest says: *Ps. 25, 6–12*

I will wash my hands among the innocent and gather with them at thy altar, Lord;
To hear the song of praise and tell of all thy wonderful works.
Lord, I have loved the beauty of thy house and the place where thy glory dwells.
Let not my soul, O God, be lost among the wicked nor my life with men of blood.
Their hands are steeped in evil; their right hands full of bribes.
For myself, I walk in innocence; redeem me and be merciful to me.
My feet are set in the straight path: where men gather, Lord, I will bless thee.

Aliquantulum inclinatus, junctis manibus, dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatae Mariae semper Virginis, et beati Joannis Baptistae et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea versus ad populum, voce paulului elevata, dicit:

Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

℟. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae. *Sacerdos dicit:* Amen.

Secreta

Propitiare, quaesumus Domine, animae famuli tui N. (famulae tuae N.), pro qua hostiam laudis tibi immolamus, majestatem tuam suppliciter deprecantes: ut per haec piae placationis officia, pervenire mereatur ad requiem sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, *(clara voce dicit)* per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum.
C. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Praefatio Defunctorum

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus: per Christum Dominum nostrum. In quo nobis spes beatae resurrectionis effulsit, ut quos contristat certa moriendi conditio, eosdem consoletur futurae immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur, et dissoluta terrestris hujus incolatus domo, aeterna in caelis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

Jungit manus, et inclinatus dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Bowing slightly and joining his hands, he says:

Receive, O holy Trinity, this offering which we make to thee in memory of the passion, resurrection and ascension of Jesus Christ our Lord, and in honour of the blessed Mary ever Virgin, of blessed John the Baptist, of the holy Apostles Peter and Paul, of those whose relics are here and of all the Saints; that it may bring honour to them and salvation to us; and may they, whose memory we keep on earth, be pleased to intercede for us in heaven: through the same Christ our Lord. Amen.

He turns to the people, and says in a louder tone:

Pray, brethren, that my sacrifice and yours may find acceptance with God the Father almighty.

℟. May the Lord receive the sacrifice from your hands for the praise and glory of his name, for our welfare also, and that of all his holy Church. *The priest says:* Amen.

Secret

Show mercy, Lord, we beg thee, to the soul of thy servant N., for whose sake we offer thee this sacrifice of praise. We humbly beg thy majesty that through this offering of our devotion, he (she) may be worthy to enter everlasting rest: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, *(in a clear voice)* for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. Raise your hearts. ℟. They are raised to the Lord.
C. Let us give thanks to the Lord our God.
℟. It is just and right.

Preface of the Dead

It is truly just and right, fitting and for our good, always and everywhere to give thanks to thee, Lord, holy Father, almighty eternal God, through Christ our Lord; in whom hath shone forth the hope of a blessed resurrection, so that all who are saddened by the certain fate of dying, may be comforted by the promise of endless life to come. For thy faithful, Lord, life is changed, not ended, since, when the place of their earthly habitation is dissolved, an eternal dwelling awaits them in heaven. And so with the Angels and the Archangels, with the Thrones and Dominations, and all the strength of the heavenly host, we sing this hymn everlastingly to thy glory:

Joining his hands, he bows and says:

Holy, Holy, Holy Lord God of Hosts. Heaven and earth are full of thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest.

CANON MISSAE, UT SUPRA

Sacerdos prosequitur Missam:

Communio. *4 Esdr. 2, 35, 34.* Lux aeterna luceat eis, Domine. ℣. Cum Sanctis tuis in aeternum: quia pius es. ℣. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. Cum Sanctis tuis in aeternum: quia pius es.

Deinde osculatur Altare et dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio

Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut anima famuli tui N. (famulae tuae N.), quae hodie de hoc saeculo migravit, his sacrificiis purgata, et a peccatis expedita, indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Sacerdos inclinat se, et dicit secrete:

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ultimum Evangelium omittitur cum sequitur absolutio super tumulum.

Sacerdos in cornu Evangelii, dicit:
C. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
C. ✠ Initium sancti Evangelii secundum Joannem.
℟. Gloria tibi, Domine.

Joann. 1, 1–14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.

NOW TURN TO THE CANON

The priest continues the Mass:

Communion. *4 Esdras 2, 35, 34.* Lord, let perpetual light shine upon them ℣. with thy Saints for ever, by thy loving kindness. ℣. Eternal rest give unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them ℣. with thy Saints for ever, by thy loving kindness.

He kisses the altar and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.

Let us pray. Postcommunion

Grant, we beg thee, almighty God, that the soul of thy servant N., who today has departed this life, may be cleansed by this sacrifice, be freed from his (her) sins and receive pardon and everlasting rest: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. May they rest in peace. ℟. Amen.

The priest bows, and prays silently, saying:

May the homage of my service, O holy Trinity, be pleasing to thee; and grant that the sacrifice, which I, though unworthy, have offered in the sight of thy majesty, may be acceptable to thee, and through thy mercy bring forgiveness to me and all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

When the burial service follows, the last Gospel, as below, is omitted.

The priest goes to the Gospel corner, and says:
C. The Lord be with you. ℟. And with you also.
C. ✠ The beginning of the holy Gospel according to John.
℟. Glory to thee, O Lord.

John 1, 1–14

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. He was in the beginning with God. All things were made through him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and life was the light of men, and the light shines in the darkness, and the darkness did not comprehend it. A man came, sent from God, whose name was John. He came as a witness, to give testimony to the light, that all might believe through him. He was not the light, but was to give testimony to the light. The Word was the true Light, which enlightens every man who comes into the world. He was in the world,

In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Genuflectit dicens)* Et Verbum caro factum est, *(et surgens prosequitur)* et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.
℟. Deo gratias.

ABSOLUTIO SUPER FERETRUM

Finita Missa, sacerdos accipit Pluviale nigrum. Tunc sistit se contra Crucem ad pedes defuncti, et dicit:

Oratio

Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianae commendat: sed, gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui, dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Deinde sequitur Responsorium:

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda: Quando caeli movendi sunt et terra: Dum veneris judicare saeculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando caeli movendi sunt et terra. ℣. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde. Dum veneris judicare saeculum per ignem. ℣. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. *Repetitur* Libera me, Domine, *usque ad* ℣. Tremens.

C. Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison.
C. Kyrie, eleison.
C. Pater noster.

Et secrete continuatur ab omnibus. Interim sacerdos, circumiens feretrum. aspergit illum aqua benedicta. Postea accipit thuribulum, et eodem modo quo asperserat, incensat.

and the world was made through him, and the world did not recognise him. He came to his own, and his own did not receive him; but to all who did receive him, and who believe in his name, to these he gave power to become children of God, born not of blood, nor by the will of flesh, nor by the will of man, but of God. *(He genuflects, saying)* And the Word became flesh, *(and rising continues)* and dwelt among us; and we saw his glory, the glory of the only-begotten of the Father, full of grace and truth.
℟. Thanks be to God.

THE ABSOLUTION OVER THE COFFIN

After Mass has ended the priest puts on a black cope. Then he stands at the feet of the dead person with the cross opposite him and says:

Prayer

Enter not into judgement, Lord, with thy servant, for no man will ever stand guiltless in thy sight, unless thou grantest him the forgiveness of all his sins. Therefore let not thy sentence fall heavily upon one whose Christian faith is a prayer which commends him to thee. Rather may thy grace come to the aid of one who in this life was marked with the sign of the Holy Trinity, and spare him thy just retribution: who livest and reignest, for ever and ever. ℟. Amen.

Then the Responsory follows:

Deliver me, Lord, from eternal death on that dread day, when heaven and earth will be shaken, when thou wilt come to judge the world by fire. ℣. I tremble and fear seizes me, as the day of trial approaches, before the wrath that is to come; when heaven and earth will be shaken. ℣. That is the day of wrath, calamity and helplessness, the day full of bitterness; when thou wilt come to judge the world by fire. ℣. Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine upon them.
Deliver me, Lord *is repeated as far as* ℣. I tremble.

C. Lord, have mercy. ℟. Christ, have mercy.
C. Lord, have mercy.
C. Our Father.

It is said silently by all. Meanwhile the priest walks round the coffin and sprinkles it with holy water. Then he takes the thurible and incenses the coffin in the same manner.

Postea dicit:

C. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
C. A porta inferi.
℟. Erue, Domine, animam ejus.
C. Requiescat in pace.
℟. Amen.
C. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
C. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (famulae tuae N.), quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum. Clerici cantant antiphonam.

In paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

Cum autem pervenerit ad sepulcrum, si non sit benedictum, sacerdos illud benedicit, dicens:

Oremus. Oratio

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum bene ✠ dicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem: et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum; ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dicta Oratione, sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incensat corpus defuncti et tumulum.
Quod si sepulcrum jam sit benedictum, omittitur tum benedictio sepulcri, tum aspersio et incensatio corporis ac tumuli.

Then he says:

C. And lead us not into temptation.
℟. But deliver us from evil.
C. From the power of hell,
℟. Deliver, Lord, his soul.
C. May he rest in peace.
℟. Amen.
C. Lord, hear my prayer.
℟. And let my cry reach you.
C. The Lord be with you.
℟. And with you also.

Let us pray. Prayer

O God, whose nature is ever to grant mercy and pardon, we humbly beg thee for the sake of the soul of thy servant, N. whom today thou didst call from this world: do not hand him (her) over to the power of the enemy nor forget him (her) for ever, but have him (her) welcomed by thy holy angels and led to his (her) home in paradise, so that as he (she) has hoped and believed in thee, he (she) may not suffer the pains of hell, but possess everlasting happiness: through Christ our Lord. ℟. Amen.

After the Prayer the body is taken to the grave. The clergy sing the antiphon.

May the Angels lead you into paradise: may the Martyrs welcome you on your arrival and bring you into the holy city, Jerusalem. May the choirs of Angels receive you and may you find eternal rest with him who once was Lazarus the beggar.

When the graveside is reached, if it is not already blessed, the priest blesses it saying:

Let us pray. Prayer

O God, through whose mercy the souls of the faithful obtain rest, be pleased to ✠ bless this grave, and appoint thy holy Angel guard over it: and release from all the bonds of sin the souls of those whose bodies are buried here, so that with thy Saints they may rejoice in thee for ever: through Christ our Lord. ℟. Amen.

After the Prayer the priest sprinkles holy water and incenses the body and the grave.
If the grave is already blessed, the blessing, sprinkling and incensing are omitted.

ABSOLUTIO SUPER FERETRUM

Deinde sacerdos prosequitur Officium.

Antiphona. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

Canticum Zachariae — *Luc. 1, 68–79*

Benedictus Dominus, Deus Israel, quia visitavit et redemit populum suum,
Et erexit cornu salutis nobis in domo David servi sui,
Sicut locutus est per os sanctorum, qui olim fuerunt, prophetarum suorum:
Ut liberaret nos ab inimicis nostris, et e manu omnium, qui oderunt nos,
Ut faceret misericordiam cum patribus nostris et recordaretur foederis sui sancti:
Jurisjurandi, quod juravit Abrahae, patri nostro, daturum se nobis,
Ut sine timore, e manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi,
In sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.
Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini ad parandas vias ejus,
Ad dandam populo ejus scientiam salutis in remissione peccatorum eorum,
Per viscera misericordiae Dei nostri, qua visitabit nos Oriens ex alto,
Ut illuminet eos, qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ut dirigat pedes nostros in viam pacis.
Requiem aeternam dona ei, Domine.
Et lux perpetua luceat ei.

Et repetitur antiphona: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.
C. Pater noster *secrete. Interim corpus aspergit.*
C. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
C. A porta inferi.
℟. Erue, Domine, animam ejus.
C. Requiescat in pace.
℟. Amen.
C. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
C. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

ABSOLUTION OVER THE COFFIN

Then the priest continues the Office.

Antiphon. I am the resurrection and the life. Whoever believes in me, even if he dies, will live; and everyone who lives and believes in me will never die.

Canticle of Zachary — *Luke 1, 68–79*

Blessed be the Lord God of Israel, because he has visited his people and brought them deliverance;
As he promised through the lips of his ancient prophets,
He has raised for us a beacon of salvation in the house of his servant David,
Saving us from our enemies, and from the power of all who hate us, showing his fidelity to our fathers, his mindfulness of the holy covenant,
The oath that he swore to our Father Abraham,
Delivering us from the power of our enemies, and granting us to serve him without fear,
Living all our days holily and justly in his sight.
And you, my child, will be renowned as a prophet of the Most High; you will go ahead of the Lord to prepare his way,
To bring the people knowledge of salvation in the forgiveness of their sins,
Through the merciful kindness of our God, with which he has watched over us, a radiance from on high,
Shining on those who dwell in darkness and death's shadow, and guiding our feet into the way of peace.
Eternal rest give unto him, O Lord.
And let perpetual light shine upon him.

The antiphon is repeated: I am the resurrection and the life. Whoever believes in me, even if he dies, will live; and everyone who lives and believes in me will never die.

Lord, have mercy. Christ, have mercy. Lord, have mercy.
C. Our Father *secretly. Meanwhile he sprinkles the body.*
C. And lead us not into temptation.
℟. But deliver us from evil.
C. From the power of hell,
℟. Deliver, Lord, his soul.
C. May he rest in peace.
℟. Amen.
C. Lord, hear my prayer.
℟. And let my cry reach you.
C. The Lord be with you.
℟. And with you also.

ABSOLUTIO SUPER FERETRUM

Oremus. Oratio

Fac, quaesumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto (ancilla tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (quae) tuam in votis tenuit voluntatem: ut, sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis; ita illic eum (eam) tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde sacerdos, faciens Crucem manu dextera super feretrum, dicit:

C. Requiem aeternam dona ei, Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
C. Requiescat in pace.
℟. Amen.

Sacerdos dicit recto tono:
Anima ejus et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Deinde cum a sepulcro in ecclesiam vel ab ecclesia in sacristam, revertuntur, sacerdos incohat sine cantu antiphonam:
Si iniquitates.

Psalmus 129

De profundis clamo ad te, Domine, Domine, audi vocem meam!
Fiant aures tuae intentae ad vocem obsecrationis meae.
Si delictorum memoriam servaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?
Sed penes te est peccatorum venia, ut cum reverentia serviatur tibi.
Spero in Dominum, sperat anima mea in verbum ejus:
Expectat anima mea Dominum, magis quam custodes auroram.
Magis quam custodes auroram, expectet Israel Dominum,
Quia penes Dominum misericordia et copiosa penes eum redemptio:
Et ipse redemit Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.
Requiem aeternam dona eis, Domine.
Et lux perpetua luceat eis.

Et ab omnibus repetitur tota antiphona:
Si iniquitates observaveris Domine: Domine, quis sustinebit?

Deinde dicit sequentes preces:
Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

ABSOLUTION OVER THE COFFIN

Let us pray. Prayer

Show, Lord, this mercy to thy servant departed, that he (she) may not receive the requital of his (her) deeds, for in his (her) heart he (she) has kept thy law. And as here the true faith has united him (her) to the body of the faithful, may your mercy bring him (her) to the company of the choirs of angels in heaven: through Christ our Lord. ℟. Amen.

Then the priest, making the sign of the Cross with his hand over the coffin, says:
C. Eternal rest give unto him, O Lord.
℟. And let perpetual light shine upon him.
C. May he rest in peace.
℟. Amen.

The priest says:
May his soul and the souls of all the faithful departed rest in peace. ℟. Amen.

Then when they come back from the grave to the church, or from the church to the sacristy, the priest begins to recite the antiphon:
If thou shouldst mark.

Psalm 129

Out of the depths I call upon thee, Lord: Lord, listen to my voice.
Let thine ears be attentive to the voice of my supplication.
If thou shouldst mark iniquities, Lord, Lord, who could stand?
For with thee is pardon for sins, that thou mayst be given reverent service.
I hope in the Lord, let my soul hope in his word.
Let my soul wait for the Lord more than the watchmen wait for the dawn.
More than the watchman for the dawn let Israel wait for the Lord;
For with the Lord is mercy, and plentiful redemption.
He it is who shall redeem Israel from all his iniquities.
Eternal rest give unto them, O Lord.
And let perpetual light shine upon them.

And all repeat the antiphon:
If thou shouldst mark iniquities, Lord, Lord, who could stand?

Then he says the following prayers:
Lord, have mercy. Christ, have mercy. Lord, have mercy.

ABSOLUTIO SUPER FERETRUM

Pater noster *secrete usque ad*
C. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
C. A porta inferi.
℟. Erue, Domine, animas eorum.
C. Requiescant in pace.
℟. Amen.
C. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
C. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. **Oratio**

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

C. Requiem aeternam dona eis, Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
C. Requiescant in pace.
℟. Amen.



ABSOLUTION OVER THE COFFIN

Our Father *secretly as far as*
C. And lead us not into temptation.
℟. But deliver us from evil.
C. From the power of hell,
℟. Deliver, Lord, his soul.
C. May he rest in peace.
℟. Amen.
C. Lord, hear my prayer.
℟. And let my cry reach you.
C. The Lord be with you.
℟. And with you also.

Let us pray. **Prayer**

O God, the creator and redeemer of all the faithful, grant the souls of thy departed servants, men and women, the remission of all their sins, that by our devout prayers, they may obtain the pardon they have always desired: who is God, living and reigning with God the Father in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. ℟. Amen.

C. Eternal rest give unto them, O Lord.
℟. And let perpetual light shine upon them.
C. May they rest in peace.
℟. Amen.

THE FULTON J. SHEEN SUNDAY MISSAL

was designed and produced for
Hawthorn Books, Inc. of New York
by Rainbird, McLean Ltd of London

The translation of "*Lauda Sion*" is by
Monsignor Ronald Knox
and is used by permission of his literary executor.
The translation of "*Pange Lingua*" is from
Hymns of the Roman Liturgy by the Rev. Joseph Connelly,
by permission of Longmans, Green & Co. Ltd
and the Newman Press.
The translation of "*Dies Irae*" is by John Driscoll, S.J.,
of "*Victimae Paschali*" by C. C. Martindale, S. J.,
of "Godhead Here in Hiding" by Gerald Manley Hopkins, S.J.,
and of "*Anima Christi*" by John Henry, Cardinal Newman.

The color photograph of Fulton J. Sheen is
© Karsh of Ottowa.

The composition was carried out by
Drukkerij Koch & Knuttel N. V. of Gouda, Holland,
and the printing by Splichal N. V. of Turnhout, Belgium.
The type used is Monotype Times New Roman Semi-Bold,
8 point for the main part of the text and
9 point for the Order and Canon.
The color frontispiece was printed by
Henry Stone & Son (Printers) Ltd of Banbury, England.
The paper was supplied by Marshall & Co. of London.

St. Edmund Campion Missal & Hymnal for the Traditional Latin Mass

CCWATERSHED.ORG/CAMPION